

## Band VIII., Nr. 2732, Seite 66-69

*Graf Konrad von Vaihingen verkauft um seiner Schulden willen an Abt Hildebrand und Konvent von Maulbronn sein Dorf Gündelbach mit aller Zugehörde um 400 Pfund Heller, verzichtet auf alle Rechte an die Vogtei des klösterlichen Bauhofs Steinbach und verpflichtet sich seine noch minderjährigen Geschwister zu demselben Verzicht auf alle ihre etwaigen Rechte an Gündelbach und den Hof Steinbach zu bewegen, wie er selbst, seine Mutter und sein Bruder der Speyrer Chorherr Gottfried ihn geleistet haben.*

Ohne Ortsangabe, 1277. Dezember 1.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis Cunradus comes de Vehingen fidem presentibus adhibere. Ad universitatis vestre notitiam cupio pervenire, quod urgente me gravi onere debitorum religiosi viri domino Hildebrando abbati et conventui monasterii de Mulenbrunne Cysterciensis ordinis Spirensis diocesis villam Gindratbach ad me proprietatis titulo pertinentem cum meis hominibus utriusque sexus residentibus in eadem iudiciis forefactis iuribus precariis, que bethe vulgariter appellantur, angariis perangariis servitiis quesitis et non quesitis, que dicuntur gesûth et ungesûth, censibus vineis pratis agris cultis et incultis silvis bosco et plano viis et inviis itibus reitibus pascuis rivis cum aliis universis quocumque nomine censeantur, que in eadem villa sive banno ad me ex successione paterna spectabant, nihil excipiens penitus de predictis, occasione quorum michi vel meis coheredibus<sup>1</sup> ius aliquod in posterum competat vel competere videatur in predicta villa seu banno, cum exceptionibus supra (!) scriptis vendidi pro quadringentis libris Hallensium a predictis . . . abbate et conventu de Mulenbrunne et eorum successoribus in eodem monasterio deo famulantibus proprietatis titulo perpetuo ac libere possidenda. Specificavi autem silvam illam in monte super ripam Hanebach retro montem Liethenberg usque ad summitatem montis, secundum quod liquescendo nix descendit, ita quod specialiter et proprie pertineat ad predictam villam Gindratbach, similiter virgultum illud, quod iacet in monte versus Ensingen, inter silvam, que dicitur Birchech, et Rotinsteige usque ad clingam, que descendit ante forestum, quod Forst dicitur, proprie pertinebit ad predictam villam Gindratbach. Preterea rustici prelibate ville Gindratbach communitatem habebunt cum hominibus ville mee de Horheim in silva super montem

---

<sup>1</sup>Aus *heredibus* korrigiert.

## II

Hanenberg pertinentem a bosco Saliunce usque ad viam, que dicitur Renne-  
wec, ligna secandi animalia cuiuscumque generis pascendi contradictione mea  
seu de Horheim etiam hominum non obstante, et interdictum banni etiam  
non ponemus in eadem silva sine voluntate dictorum rusticorum de Gindrat-  
bach. Similiter in silva, que dicitur Birkech, communitatem habebunt iidem  
rustici de Gindratbach cum illis de Horheim tali condicione et pacto nihilo-  
minus mediantibus, quod si homines dicte ville de Horheim eandem silvam  
sub interdicto banni ponerent, illi de Gindratbach tenebuntur servare, quan-  
do eis fuerit nuntiatum, sed post quando illi de Horheim secare voluerint,  
nuntiabunt rusticis de Gindratbach, et tunc cum eis secandi habebunt libe-  
ram facultatem. Preterea renuntio sub assignatione pecunie memorate pro  
me et meis coheredibus omni iuri, omnibus servitiis debitis vel non debitis  
consuetudinibus seu aliis quibuscumque, que michi et meis coheredibus debe-  
bantur vel debere videbantur ratione advocatie sive tuitionis ex successione  
paterna in grangiam de Steinbach et suis attinentiis, videlicet in vinea Bot-  
tenbrunne et duobus mansis et dimidio sitis apud Horheim et plane pariter et  
expresse omnibus, que predicta grangia Steinbach possidet in presenti. Ha-  
bebit etiam prelibata grangia Steinbach cum mansis predictis apud Horheim  
et vinea Bottenbrunne omne ius, quod hactenus habuit, seu consuetudinem  
in pascuis in lignis secandis sive pro edificatione domorum vel sepium vel  
quorumcumque necessariorum, sive colatur per personas claustrum vel alios se-  
culares, et in eo tam nobiles pertinentes ad predictam villam Horheim quam  
etiam rustici eiusdem ville voluntarie et concorditer consenserunt. Sane quia  
frater meus et soror mea infra annos discretionis adhuc sunt etiam constitu-  
ti, promitto fideliter per presentes, quod ipsos inducam ad hoc cum affectu  
pariter et effectum, quod iidem cum ad annos discretionis pervenerint, omni  
iuri sive iuribus, que eisdem in predictis bonis videlicet Gindratbach gran-  
gia Steinbach et suis attinentiis universis competet et competere videbitur,  
renuntiabunt simpliciter et expresse, secundum quod ego feci et domina mea  
mater et<sup>2</sup> Gottefridus frater meus canonicus Spirensis et secundum quod in  
ipso instrumento plenius est expressum. Super quibus fideiussores subscrip-  
tos constitui prelibatis . . . abbati et conventui de Mullenbrunne: dominum  
Wernherum prepositum Wimpinensem dictum de Anevelt, Gotfridum fra-  
trem meum canonicum Spirensis, Ulricum de Branburch et Wernherum de  
Rosswach nobiles, item cives meos de Vehingen: Cûnradum scultetum dictum  
Spiegel, Heinricum fratrem suum, Cûnradum dictum Bernhuser et Cunradum  
fabrum, quorum primi quatuor data fide fideliter promiserunt, quod si ego  
in executione promissionis negligens fuero supra scripte, cum per dictos . .  
abbatem et conventum vel eorum certum nuntium ammoniti fuerint, apud

---

<sup>2</sup> *et* aus Versehen doppelt geschrieben.

### III

Vehingen se recipient super dampnum meum expensas ibidem nihilominus faciendo tamdiu, donec promissa per me fuerint plenius persoluta. Si vero iidem fideiussores vel eorum aliquis tunc fuerit in aliqua fideiussione iuratoria obligatus, de qua sine fraude vel dolo absolvi non possit, pro se aliquem nobilem alium cum equo vel equis in Vehingen ponet expensas facturum secundum ordinem suprascriptum. Ego vero, Cunradus scultetus meus de Vehingen dictus Spiegel, Heinricus frater suus et Cunradus faber apud Phorzeim vel Bretheim vel Wile vel Grūningen nos recipiemus etiam sub dampno meo ac ordine suprascripto. Cūnradus vero de Bernhusen civis meus cum quatuor primis fideiussoribus apud Vehingen super dampnum meum iacebit per omnia ut superius est expressum. Ad que nihilominus facienda iure iurando me obligo et predicti cives mei obligarunt se super eo prestito iuramento. Ad hec si fideiussorum predictorum aliquis cesserit vel decesserit, iure iurando me obligo, quod extunc infra unum mensem sibi in condicione consimilem alium substituiam loco sui ordine suprascripto. Sane memorie commendandum, quod si ego ante consumationem istorum decessero, Gottefridus frater meus canonicus Spirensis ea tenebitur adimplere. In cuius rei testimonium nec non robur perpetuo valiturum sigilla predicti domini Wernheri prepositi Wimpinensis, Ulrici comitis de Ascburg, meum, Rūdolphi de Rossewach, Ulrici de Branburch et Wernheri de Rossewach presentibus sunt appensa ad instantiam precis mee. Ego Gottefridus frater dicti Cunradi comitis de Vehingen, quia sigillum proprium non habeo, contentus sum sigillo dicti domini prepositi Wimpinensis. Testes vero huius rei sunt: Reinhardus dictus Magnus de Hevingen, Cūnradus de Barchusen, Hermannus de Sascsenheim, Cunradus de Enzeberg, Geroldus de Höwensheim<sup>3</sup>, Dietherus de Lomersheim, Heinricus de Nievern superiori, Wolframus de Löfen, Rūcgerus et Waltherus frater suus de Dalheim, Bertoldus de Mulhusen, Cunradus de Ingersheim, Gerlacus pincerna de Illingen milites, Cunradus de Sternvels, Heinricus de Hirzlanden, Ludewicus de Horheim, Heinricus de Winersheim, . . . dictus Risse servi, Fride-ricus dictus Eppo civis Spirensis, item rustici de Horheim Albertus scultetus dictus Schutvel, Cunradus dictus Wendelstein, Ulricus Humbel, Eberhardus Svertinc, Heinricus Wethingel, Hartmannus frater dicti sculteti et Bertoldus Sporlin et alii quam plures.<br> <br> Acta sunt hec anno domini MC-CLXXVII., in crastino beati Andree apostoli.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> 6 Siegel: 1) des Propsts Wernher von Wimpfen, spitzoval, 46, 27 mm, (III. A. 2. c.): der sitzende Apostel Petrus,

<sup>3</sup>Ober- bzw. Unteröwisheim, Kraichtal, KA.

## IV

in der Rechten 2 Schlüssel, mit der Linken ein Buch vor die Brust haltend, unter einem Baldachin der Siegelinhaber knieend, die Hände zum Gebet erhoben; Umschrift: + *Sigillum* : WERNHERI: *PrePosiTI* : WIMPINEN:<br> <br> 2) des Grafen Ulrich von Tübingen und Asperg, in WUB, Bd. V, S. 334 und Bd. VII, S. 99 beschrieben.<br> <br> 3) des Grafen Konrad von Vaihingen, rund, c. 43 mm, (IV. A. 2.): in einem Schilde ein auf 4 Bergspitzen stehender gekrönter Löwe mit aufgerichtetem Schweife; Umschrift: . . NRADI . COMITIS . IN . VEIHINGEN.<br> <br> 4) des Rudolf von Roßwag, in WUB, Bd. VIII, S. 4 beschrieben.<br> <br> 5) des Ulrich von Branburg (Bromberg), schildförmig, c. 45, 38 mm, (IV. A. 1.): ein schräg geteilter Schild; Umschrift: + *Sigillum* . VLRICI . DE . BRAMBVRCH.<br> <br> 6) des Wernher von Roßwag, schildförmig, c. 53, c. 50 mm, (IV. A. 1.): eine 5-blättrige Rose; Umschrift: + *Sigillum* . WERNHERI . NOBILIS . DE . ROSSEWAC.<br> <br> Es liegen zwei deutsche Übersetzungen der Urkunde auf Pergament bei: 1) die eine auf Bitte des Maulbronner Konventbruders Marquard von First im Auftrage des geistlichen Gerichtshofs zu Speyer gefertigt, mit Unterschrift und Signet des geschworenen Gerichtsschreibers Pfaffen Gottfried von Frankenberg und Siegel des Speyrer Gerichts, d. d. 1394 Dinstag für dem Phingestage, der do was der ander Tage des Haüwemandes, den man nennet zu Latine Junium. 2) die andere auf Bitte des Konventbruders Konrad von Bretten durch Johann von Lauterburg, Vikar des Bischofs Rafan von Speyer in geistlichen Sachen, angeordnet, mit Siegeln des Ausstellers, Rafans von Helmstatt, Domsängers und Propsts zu St. Wido, Konrads von Heuchelheim, Propsts zu Allerheiligen, und Konrads von Frauenberg, Domküsters, sämtlich zu Speyer, d. d. 1417 Fritag nach U. L. Frouwen dag Spirer Mess genannt zu Latin Nativitas (Sept. 10.)

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 520

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

### Ortsindex:

Allfeld Wohnplatz (5973)<br> Allfeld, Billigheim, MOS<br> Berghausen Wohnplatz (5537)<br> Berghausen, Pfinztal, KA<br> Bernhausen Wohnplatz (481)<br> Bernhausen, Filderstadt, ES<br> Bretten Wohnplatz (5295)<br> Bretten, KA<br> Bromberg Wohnplatz (1136)<br> Bromberg, Sachsenheim, LB<br> Ensingens Wohnplatz (1114)<br> Ensingens, Vaihingen an der Enz, LB<br> Enzberg Wohnplatz (7061)<br> Enzberg, Mühlacker, PF<br> Großsachsenheim Wohnplatz (1139)<br> Großsachsenheim, Sachsenheim, LB<br> Gündelbach Wohnplatz (1116)<br> Gündelbach, Vaihingen an der Enz, LB<br> Hirschlanden Wohnplatz (910)<br> Hirschlanden, Ditzingen, LB<br> Hohenasperg Wohnplatz (879)<br> Hohenasperg, Asperg, LB<br> Horrheim Wohnplatz (1117)<br> Horrheim, Vaihingen an der Enz, LB<br> Höfingens Wohnplatz (153)<br> Höfingens, Leonberg, BB<br> Illingens Wohnplatz (7023)<br> Illingens, PF<br> Innenstadt Wohnplatz (6718)<br> Innenstadt, Pforzheim, PF<br> Kleiningersheim Wohnplatz (1156)<br> Kleiningersheim, Ingersheim, LB<br> Lauffen am Neckar Wohnplatz (2024)<br> Lauffen am Neckar, HN<br> Lomersheim Wohnplatz (7065)<br> Lomersheim, Mühlacker, PF<br> Markgröningens Wohnplatz (1046)<br> Markgröningens, LB<br> Maulbronn Wohnplatz (7043)<br> Maulbronn, PF<br> Mühlhausens Wohnplatz (36)<br> Mühlhausens, Stuttgart, S<br> Niefern Wohnplatz (7091)<br> Niefern, Niefern-Öschelbronn, PF<br> Oberöwisheim Wohnplatz (5520)<br> Oberöwisheim, Kraichtal, KA<br> Rennweg Wohnplatz (1886)<br>

Rennweg, Brackenheim, HN<br> Roßwag Wohnplatz (1126)<br> Roßwag, Vaihingen an der Enz, LB<br> Speyer, SP<br> Steinbachhof (Domäne) Wohnplatz (1129)<br> Steinbachhof (Domäne), Vaihingen an der Enz, LB<br> Sternenfels Wohnplatz (7106)<br> Sternenfels, PF<br> Talheim Wohnplatz (2214)<br> Talheim, HN<br> Tübingen Wohnplatz (16214)<br> Tübingen, TÜ<br> Unteröwisheim Wohnplatz (5522)<br> Unteröwisheim, Kraichtal, KA<br> Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)<br> Vaihingen an der Enz, LB<br> Weil der Stadt Wohnplatz (248)<br> Weil der Stadt, BB<br> Wiernsheim Wohnplatz (7116)<br> Wiernsheim, PF<br> Wimpfen im Tal Wohnplatz (1853)<br> Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN